

(3)

MAGNI AVRELI
CASSIODORI
SENATORIS V. C.

DE

ORTHOGRAPHIA

LIBER,
edente & emendente Ludouico
Carrione Brugense.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.

clō. lo. LXXIX.

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

MAGNI AVRELI
CASSIODORI
SENATORIS V. C.

DE

ORTHOGRAPHIA
LIBER,
edente & emedante Ludouico
Carrione Brugense.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
c1o. 1o. LXXIX.

CASSIODORVS DE DI
VINIS INSTITVTIONIBVS
LIB. II. CAP. XXX.

ORTHOGRAPHOS antiquos legant, Velium Longum, Curtium Valerianum, Papirianum, Adamantinum, Martyrium, de V & B, eiusdem primis, medijs, atq. vltimis syllabis, eiusdem de v littera trifaria in nomine posita, & Eutychem de aspiratione, sed & Phocam de differētia generis. quos ego, quantum potui, studiosa curiositate collegi. Et ne quempiam memoratorum codicum obscuritas derelicta turbaret, quoniam antiquarum declinationum pro mixtione propria parum confusa sunt; magno studio laboris incubui, ut in hunc sequestrato atque composito, qui inscribitur de Orthographia, ad vos destorata regula pervenirent, & dubitate sublata liberior animus viam emendationis incederet. Diomedem quoque & Theodistum aliqua de parte arte conscripsisse comperimus: qui si inveni fuerint, quoque eorum destorata colligite.

LVDOVICI CARRIONIS
AD OPTIMUM ET ERVDITISSI-
MUM VIRUM Theodorum Pulmannum in
Magni Aurelii Cassiodori Orthographiam

P R A E F A T I O.



QUOD non ignoras, Theod. Pulmanne, varia variis temporibus orthographiae apud Latinos fuit ratio; aded vt Lucilium, Casarem, Varroñe, Nigidium, Vindicem, Scaurum, Quintilianum, Aquilam, Victorinum, Agratiũ, Caprum, Priscianum, Bedam, alios non tantum varia multipliciaq; eadem de re, sed etiam diuersa & alia alijs pæne contraria præcepta tradidisse comperiamur. Quo magis iudicium illorum mirari soleo, qui ex infinitis omnium sæculorum marmoribus, nummis, inscriptionibus, alijsq; antiquitatis monumentis, nulla neque ætatis, qua illa primũ prodierunt, neque scriptorum, qui ea ætate vixerunt, habita ratione, vnam aliquam, eamq; perpetuò constantem in Latina lingua scribendi rationem constituere voluerũt. sarcinatores sanè mali; cum aded diuersis, tamq; parũ sibi inuicem respondentibus

bus centonibus inter se compositis, vestimen-
 tum planè barbaricum consuèrunt, & nobis
 pro vera & germanè Latina scriptura, ma-
 morariam nescio quam & parietinam ortho-
 graphiam substituerunt. Quod quale sit, vobis
 melius intelligatur, Cassiodori viri omnibus
 honoribus in sua rep. aucti, & , vt illa tempe-
 ra ferebant, non incruditi Orthographiam etiam
 diuersissimis scriptoribus compilatam, & aliam
 quando etiam ab ipso Cassiodoro interpola-
 tam nunc ad te mitto, & sub tuo nomine, ni-
 tidis illis accuratissimi Plantini nostri charac-
 teribus descriptam, in vulgum exire iubere
 volo enim veteris amicitia nostræ, quæ ne-
 per elegantissimi & doctissimi iuuenis Fran-
 cisci ModI accessione vehementer auxit, pu-
 blicum aliquod exstare monumentum. vobis
 quid de tua in antiquis scriptoribus restitu-
 dis industria, labore, & fide sentiam, omnes
 intelligant: cum hætenus in librorum à me
 editorum inscriptionibus nihil præter amicitia
 ex similitudine studiorum primùm ne-
 tam, deinde mea de illorum probitate & do-
 ctrina opinione confirmatam siem securus
 Notas adijcerem, quas olim fragmento libri
 Gemblacensis, & illis membranis apposue-
 ram, quas à Cornelio Gualthero, homine
 anti-

antiquitatis studiosissimo, Franciscus Marti-
 nius omni immortalitate dignissimus, meo-
 que & reip. litterariæ malo immaturè extin-
 ctus ad me miserat, nisi illas mihi, vt cetera fe-
 rè scripta mea omnia, vnà cum suauissimo
 Louaniensis academix secessu, etiamnum,
 vtinam ne æternùm, militaris inuideret iniu-
 ria. nam quæ nunc edimus, libri Colonien-
 sis, quem à Melchiore Hittorpio omnium bo-
 norum doctissimo & doctorum optimo ac-
 cepimus, fidem sequuntur, eiusque auctori-
 tate se tueri debent. Tu verò, mi Pulmanne,
 vetus institutum tuum vrge, & rem typogra-
 phicam laboribus tuis, quantum potest, orna.
 nihil te, nihil hac senecta ætate tua, quæ dif-
 ficillimum illum climactericum annù lon-
 gè superauit, mihi crede, dignius vmquam fe-
 ceris. Vale Colonia Agrippina in Vbijs. a. d.
 VII. Kalend. April. CIO IO. LXXIX.

CAROLI ROTCARSI I. C.
AD LYDOVICVM CARRIONEM
EPIGRAMMA.

*Dispercam, Ludouice, tuo si gratius vsu
Est quidquam, aut illo si quid amabilius.
Integrè tibi sunt mores, itidèmq. venusti:
Et mellis contrà dulce tuum eloquium.
Ingenium ingenitis madet artibus. vnicus illes,
Rerum antiquarum cui data cognitio est.
Nemo te melius Musarum expromere fetus
Est potis: & nemo iura tenet melius.
Quid multis? totus placeas mihi, ni tibi is esset
Hinc abeundi animus, qui mihi displiceat.*

MAGNI

MAGNI AVRELII
CASSIODORI SENATORIS
IN ORTHOGRAPHIAM

P R Æ F A T I O.



VM inter nos talia gererentur, & de comple-
xionibus Apostolorum non nulla nasceretur
intentio: monachi mei subidò clamare cœpe-
runt: Quid predest cognoscere nos, vel qua
antiqui fecerunt, vel ea que sagacitas vestra addenda
curauit nosse diligenter, si quemadmodum ea scribere de-
beamus, omnimodis ignoramus, nec in voce nostra possu-
mus reddere, quod in scriptura comprehendere non vale-
mus? Quibus respondi, hac que dicerent, designata esse,
quemadmodum & intelligi debeant, & proferri. Sed
labor nobis antiquorum omnino seruandus est, ne nos au-
ctores earum rerum mentiamur, * quarum sequa-
ces esse cognoscimur. Et idèò duodecim auctorum opu-
scula deducimus in medium, que ab illis breuiter & co-
piose dicta sunt, ut & nos ea compendiosius dicamus, &
à priscis auctoris sine varietatis studio dicta recolantur,
quatenus & vobis plenissime satis facere videamur,
& auctoris firmiter sit relatio, quam duodecim aucto-
rum textus insinuat. Iam tempus est, ut totius operis
nostri conclusionem facere debeamus, ut melius in animo
recondantur, que septenaria conclusione distincta sunt.

1. Post commenta in Psalterium, ubi, prestante Do-
mino, conuersionis meae tempore primum studium laboris
impendi. II. Deinde post institutiones quemadmodum

diuina & humana debeant intelligi lectiones, duobus libris, ut opinor, sufficienter impletis, ubi plus utilitatis inuenies quam decoris. III. Post expositionem epistolae, quae scribitur ad Romanos, vnde Pelagiana haeresis prauitates amouit, quod etiam in reliquo commentario facere sequentes admonui. IIII. Post codicem, in quo artes Dominati cum commentis suis, & librum de etymologijs, & alium librum Sacerdotis de schematibus, Domino praesente, collegi; ut instructi simplices fratres, ubi necessarium fuerit, similia dicta sine confusione percipiant. V. Post librum quoque titulorum, quem, de diuina scriptura collectum, Memoriam volui nuncupari, ut breuiter cuncta percurrant, qui legere prolixa fastidiunt. VI. Post complexiones in epistolis Apostolorum, & Actibus eorum, & Apocalypsi, quasi breuissima explanatione decursas. VII. Ad amantissimos orthographos discutendos anno etatis meae nonagesimo tertio, Domino adiunante, perueni. Ex quibus si in uia ualueram deflorata colligere, quantum ad eos pertinet, quos breuiandos esse suscepi, confusionem emendator atque scriptor, si bene intellexerit, arbitror, vitius non habebit. Minutus labor syllabis litterisque tractandis, modo factus ex nominum deriuatione, modo ex casibus sermonum, modo ex motu atque situ, modo ex euphonia consonantia, modo ex Graecarum litterarum similitudine, probans quid scribere debeas, & quid vitare contendas, modo ut & quoque litterarum simplicem in quibusdam sermonibus recte quidem scribi dicat, sed non littera sonum plerumque illi succedere posse testetur. Itaque, quod antea scribebatur per V, & O, per duo VV modo scribere nobilitas rectitudo scribendi per vias certissimas inuestigata esse videtur: & ideo praesens opus non desit directum, ut volumus

vultus. I pro E, ut quod antiqui magni, nos magna: C pro G, veteres quam moderni conscribi rectius aestimauerunt: & cetera quae subtili quidem, sed necessaria distinctione narrantur, non velociter transcurri, sed sollicita mentis intentione tractari, ut quae incipis bene discere, ad finem perfectionis inoffensa debeas pronuntiatione perducere. Nam si vobis adsit capiendi desiderium, quae prius per moram quaesitis, protinus inoffensa velocitate transcurreretis. Gloriosum profecto studium, & diuinis ac humanis litteris, ut videtur, accommodum, quod loqui debeas, & competenter scribere: & quae scripta sunt, sine aliqua erroribus ambiguitate proferre. Vox enim articulata a pecoribus nos sequestrat: scribendi vero ratio ab imperitis diuidit & confusis: ita perfectum hominem duo sibi ista vindicant ac defendunt. Nam cum sibi duo ista consentiunt, utraque recta, utraque decora sunt: cum vero a se discrepare ceperint, vitium strabae sceditatis incurrunt. Erit itaque propositum nostrum, quae competenter modernae consuetudini ab antiquis tradita sunt, quasi in unam coronam redigere, & vsui celeberrimo deputare: illa vero quae antiquitati magis conueniant, expedit sine dubitatione relinquere, ne labor assumatur incongruus, qui praesenti saeculo videtur inutilis. Sit ergo in primo libro institutionum nostrarum titulo tertio decimo, quemadmodum legi debeat caelestis auctoritas, ubi idiomata legis diuinae communi vsui repugnantia non permittentur dissipari. Hic autem, in libro scilicet Orthographia, liberius & generaliter appetatur: quemadmodum ex regulis artium humanarum, salua auctoritate seniorum, cuncta lectio decora nimis & correctae reddatur. Si quis autem auctores orthographos in textu suo legere fortasse voluerit, transcriptos inueniet, quos ego, quantos potui reperi-

re, monasterio meo prestante Domino dereliqui, ut la-
 tius dicta probare possitis in auctoribus suis, quos nos
 propter fastidium vestrum deslorandos esse putavimus.
 Illud etiam vos magnoperè credidi commoneudos, ut dis-
 tinctiones sensuum sollicita mente perquirere ac ponere
 debeatis, sine quibus neque legere quidquam competen-
 ter, neque intelligere praeulemus. Scire autem debemus
 Donatum artigraphum de posituris ita tradidisse, ut non
 ibi ordinem, sed virtutes earum potius exprimere videat-
 tur. Nam si distinctionum seriem per gradus cognitis
 sequeretur, primò plenam, deinde mediam nequaquam
 ponere potuisset: deinde magis inciperet, ubi prædicta po-
 situra ad sinem tendere comprobantur. Sequitur distin-
 ctio, deinde media quæ plena semper præcedunt potius
 quam sequuntur. Sed sicut visum constat esse doctissimis,
 hunc debemus ordinem custodire: ut primò de subdistin-
 ctione dicamus, quæ ibi semper apponitur, ubi in commate
 sermo suspensus adhuc reddendus esse cognoscitur: ut,
 Arma, virumq. cano, — ubi totius operis summa
 conclusa est. Arma enim ** ancilia* Virgilius, virumq.
 dicitur. Sed quoniam, cano, respicit ad virumq.,
 hic in arma, subdistinctio rectè ponenda est. Mediam
 verò affigendam esse constat in commate, cum nullus ser-
 mo deest, sed gradatim tendit ad plenam: ut,
 Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbs.
 Plena est autem, ubi finitur perfecta sententia: ut est
 illud,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Subdistinctionem verò, vel mediam non credas ipsum
 ordinem semper tenere, quem diximus, ut subdistinctio
 præcedat, & media consequatur: sed pro ratione supra-
 dicta locis congruis apponuntur, ut distinctiones istæ
 bene

bene posite, sensum nobis lectionis euidenter aperiant.
 nam si aliter distinguas, sine dubitatione cur. Et a confun-
 dis. Has verò distinctiones, seu posituras, Donato testan-
 te, Græci *ῥέως* vocant. Periodus est autem per longam
 plene sententiæ ducta pausatio, cuius partes sunt cola, &
 commata. Sed antequam opus Orthographiæ inchoare
 videamur, præfationem Phocæ artigraphi, exempli caus-
 sa, indicauimus apponendam: quæ cuncto operi nostro,
 quasi à nobis prolata sit, ita omnimodis videtur accom-
 moda.

Ars mea multorum es, quos sæcula præfca tulerunt:

Sed noua te breuitas afferit esse meam.

Omnia cum veterum sint explorata libellis,

Multa loqui breuiter sit nouitatis opus.

Te relegat iuuenis, quem garrula pagina terret,

Aut si quem paucis feriâ nosse iuuat.

Te longinqua petens comitem sibi ferre viator

Ne dubiret, paruo pondere multa ** vehens*.

Te si quis scripsisse volet, non vilia queretur

Damna, nec ingrati triste laboris onus.

Est quod quisque petat, numquam censura diferti

Hoc contemnet opus, si modò liuor abest.

** vehis.
 vet. libri.*

INCI-

Aencia
 quidã ve-
 tus coc. ex.

graphiæ indicantes, ex quibus auctoris scri-
bendi peritia, Domino præstante, collecta est.

* Annæo,
quidam
veteres.

- I. Ex* *Agnao Cornuto de enuntiatione, vel Orthographia.*
- II. Ex *Uelio Longo.*
- III. Ex *Curtio Valeriano.*
- IIII. Ex *Papiriano.*
- V. Ex *Adamantio Martyrio de B & v.*
- VI. Ex *eodem de medijs syllabis.*
- VII. Ex *eodem de vltimis syllabis.*
- VIII. Ex *eodem de B littera trifariam in nomine posita.*
- VIIII. Ex *Eutyche de aspiratione.*
- X. Ex *Cællio orthographo collecta sunt.*
- XI. Ex *Lucio Cæcilio Vindice deslorata sunt.*
- XII. Ex *Prisciano moderno auctore decerpta sunt.*

Commemorati sunt auctores Orthographiæ, ex quibus alij ipso, alij præposterato ordine similia dicunt, alij verò diuersa describunt: sed omnia nobis absolute non conuenit. Nam & illi qui paria dicunt, communia confirmant, & isti qui varia ponunt, per verba multiplicia commonent quemadmodum scribere debeamus, & qui. Nunc ordo scripturæ, qui ab antiquis positus cognoscitur, nihilominus est dicendus.

I.

AGNÆI CORNVTI DE ENVTIA-
tione vel Orthographia.

Animaduerti quosdam, Amili amice, eruditos etiam M litteram, nec vbi oporteat dicentes, nec vbi oportet suppressentes. hoc ne fiat, hinc obseruari poterit, si simul subiiciam si quid ad rectam scripturam pertinet, & ad diuisio-

diuisionem syllabarum. Igitur si duo verba coniungantur, quorum prius M consonantem nouissimam habeat, posterius à vocalibus incipiat, M. consonans perscribitur quidem: ceterum in enuntiando durum & barbarum sonat. At si posterius verbum quamlibet consonantem habuerit, vel vocalem positam loco consonantis, seruat M littera sonum: par enim atque idem est vitium, ita cum vocali sicut cum consonante M litteram exprimere. Est quædam littera in F littera speciem figurata, quæ digamma nominatur, quæ duos apices *ex gamma littera habere videtur. Ad huius similitudinem soni nostri coniunctas vocales digammon appellare voluerunt, vt est, votum, virgo, itaque in prima syllaba digamma & vocalem oportuit poni, forū, virgo: quod & Aoli fecerunt & antiqui nostri, sicut scriptura in quibusdā libellis declarat. Hanc litteram Terentius Varro dum vult demonstrare, ita perscribit: VA. qui ergo in hac syllaba sonus est, idem littera erit. Nos hodie V litteram in duarum litterarum potestatem cõgimus: nam modo pro digamma scribitur, modo pro vocali. Vocalis est, cum ipsa per se est. Hoc enim cum ceteris quoque vocalibus patitur. Si cum alia vocali, digamma est, quæ est consonans. Tres vocales quibusdam videntur esse sub vna syllaba VA. errant si ita putant. nam nusquam neque apud Græcos, neque apud Latinos ex tribus vocalibus syllaba constat. quare similiter hinc quoque digamma erit, & due vocales similiter. Sed cadit in questionem, & alijs per T, alijs per D placet scribi, apud antiquos enim scio sed, sedum fuisse: unde nos duabus litteris nouissimis ablatiis, reliquas litteras salua D, in vsu habemus: quemadmodum si quæreretur, sat qua littera scribi oporteat, diceremus per T, quod integrum eius sit satis. Q littera tunc rectè ponitur, cum illi

* & gamma
litteram, libri
vet.

illi statim v littera, & alia qualibet vna, plurisue vocales coniuncte fuerint ita vt vna syllaba fiat. Cetera per se scribuntur. Hoc* Lucio quoque videtur. nonnulli per amuribus deservendum, atque ita scribendum vt audierunt. Est enim ferè certamen de recta scriptura, in hoc, vtrum quod audimus, an quod scribi oportet, scribendum sit. ego non omnia auribus dederim. Quotidie, sunt qui per cotidie scribant: quibus peccare licet: desinerent, si scirent quotidie in de tractum esse, à quot diebus, hoc est, omnibus diebus. Qui syllaba per Q, V, I, scribi debet: si diuiditur per C, vt si cui, hinc. Hoc item in ceteris notabimus, vt in diuisione C littera sequatur, si tamen secundum antiquum enuntiationem fuerit: quoniam genitiuus & ablatiuis non diuiditur. Causa, per vnam S, nec quemquam moueat antiqua scriptura. nam & accusare per duo SS, scripserunt: sicut fuisse, diuississe, esse, & *causasse per duo SS, scriptum inuenio. In qua enuntiatione quomodo duarum consonantium sonus exaudiatur, non inuenio. Vossus abnita per O, hodie per E: vt, aduersum aduersum, peruersum peruersum, votare vetare, vortex vortex, amolare conuolare, amplectere amplectere. Malo, qui per duo ab eo quod est Græcè μάλοιο comparatiuo modo descendit, & per duo LL scribunt, peccant. non enim à Græco translatum est, sed ab antiquorum consuetudine, qui primò magis nolo dixerunt, postea à pluribus elisionibus hoc verbum augustinus auerunt, vt magis nolo, deinde manulo, quod frequenissimè apud illos est: nouissimò hoc substantiuit vt malo esset. Sed nolle per duo LL, velle enim est: itera nolo per vnum L, nolle per duo LL. nolo enim ne vobis est, nolle ne velle, denique vt se verbū habet, ita ea que ex illo componuntur. Alia sunt que per duo V scribuntur, quibus numerus quoque syllabarū crescit. Simili enim vocalis vocalis adiuncta, non solum non coheret, sed etiā syllabā auget: vt,

*Est sic in
eius Cas-
chati
Vindex

*causasse
liberum
fortissimè
causasse

get: vt, vacuus, ingenuus, occiduus, exiguus. Eadē diuisione vocaliū in verbis quoque est, metruēt, statuunt, tribuūt, acuunt, ergo hic quoque, C littera, non Q apponeda est. Lacrume an lacrimæ, maximum an maximus. & si que similia sunt, scribi debeant, quasi sit est. Terentius Varro tradidit Casarem per I, eiusmodi verba solitū esse enuntiare & scribere: inde propter auctoritatē tanti viri consuetudinem factam. sed ego in antiquiorum multò libris quàm Caius Casar est, per V pleraque scripta inuenio, optimus, intumus, pulcherrimus, lubido, dicendum, faciendum, maxime, monumentum, contumelia, minimum. melius tamen est, & ad enuntiandum, & ad scribendum, I litteram pro V ponere, in quod iam consuetudo inclinauit. Vineas per E quidam scribendas tradiderunt, si has significarent, quas in agris viderimus: at contra per I vinas illas sub quibus latere miles solet. quod discrimen stultissimum est. nam neque aliunde vinea castrenses dicte sunt, quàm quòd vinea illis agrestibus similes sunt. Exstinguunt, per V & O: qualera rationem supra reddidimus de litteris quas dixi oportere in omni declinatione duas vocales habere, talis hic quoque intelligenda est, exstinguunt. est enim ab ex & stinguo, & ob hoc exstinguunt, licet enuntiare non possit. Internallum per duo LL. vallum enim ipsum non aliter scribitur, à quo internallum. Varro dicit interualla esse spatia, que sint inter capita vallorum, id est, stipitum, quibus vallum fit. vnde cetera quoque spatia dicuntur. Observanda postillo diligentius est prepositionū cum verbis à vocalibus compositio, vt consonantes nouissimas prepositionū sciamus non durare, sed mutari plerumque, ita non nunquam que consonantes verborum aut vocabulorū primo loco sunt, easdē necesse est fieri & in prepositionibus, que propter lenitatem quoque

omnino

get: vt,

omnino enuntiarī saepe litterae praepositionum non possunt, quando autem fiat, quando non, sono interno scimus. Accedo duo CC, attuli duo TT, assiduus duo SS, arido duo RR, apparo duo PP, annuo duo NN, alligo duo LL. In his non solum propter lenitatem consonantes mutant, sed etiam quod nullo modo sonare D littera potest. ubi sonat, & ibi scribitur, cum F consonanti adiungitur: ut, adfluo, adfui, adfectus. contra B non sonat, offui, offero, offendo. in alijs enim consonantibus idem patitur: ut, sugero. ostendi enim supra digamma consonantis vim habere. Est ubi B, quamvis incredibile est, in S cogatur, ut, suscipere, sustinere, suspendere, suscitare, & quod antiqui dixerunt sustollere, nos praeterito sustuli. Item ex praeposito ad F litteram formatur: ut effluo, effodio, effero, efficio, nec minus informatur escendo. alicubi tamen sonat, & ob hoc necessario scribitur exsilio, exsiccio. itaque ubi sonnerit, ibi ponemus. Tamtus & quamtus, in medio M habere debent. quam enim & tam est: unde quamtitas, quamtus, tantus. nec quosdam moueat, si M non sonat: iam enim supra docui non sonare debere, tamen si in scriptura M posita sit. Exsiliium cum S. ex solo enim in est, quasi exsiliium, quod Graeci ἐξοπισμῶν dicunt: antiqui exsoles dicebant. H, sicut in quaestione est littera sit, necne: ita nunquam dubitandum est, secundo loco a quacumque consonante poni debere. quod solus Varro dubitavit: vult enim auctoritate sua efficere, ut H prius ponatur ea littera, quae adspirationem confert: & eo magis hoc tentat persuadere, quod vocalibus quoque dicat anteponi: ut, heres, hircus. sed Varronem praeterit, consonantem idem secundo loco H recipere, quod non possit ante adspirationem nisi vocales habere. itaque & ante, & post, si H littera cuicumque tali adiungatur, non sonabit.

hic

haec enim natura vocalium est, ut siue ante se siue post se habeant H, quoquo genere enuntiationem non impediunt. Praeterea in libro quae de Grammatica Varro scripsit, cum de litteris differeret, ita H inter litteras non esse disputavit. quod multo minus mirum quam quod X quoque litteram esse negat. in quo quid viderit, non dum deprehendi. ipsius verba subiiciam. Litterarum partim sunt & dicuntur, ut A & B. partim dicuntur & non sunt, ut H & X: partim sunt neque dicuntur, ut Phi, Psi. Vehemens & vemens apud antiquos, & apud Ciceronem lego: aequè prehendo & prendo, hercule & herclè, nihil & nil. Haec observare eatenus poteris, consuetudine potius quam ratione, in his praecipue verbis quae adspirationem habere debent. X littera antiqui non semper usi sunt, sed aliquando loco illius, v ponebant. itaque in illorum quoque libris hanc scripturam observandam censeo, Suriam, Suracusus, Sumbola, Sycopantas. quod in nostris corrumpi non debet. Illud etiam non video, quare huic litterae H adspirationis gratia admoveam. ipsa enim per se adspirativa est, & quocumque vocabulo primum locum habuerit, adspiratur, Tacinthus, Tillus, Tmetus: & tanto magis adspiratio addenda non est, quanto apud Latinos vocabula non sunt hac littera notata. Varroni placet, R litteram, si primo loco ponatur, non adspirari. lector enim ipse, inquit, intelligere debet Rodum, tamen si H non habet, Rhodum esse, retorem rhetorem. sed eadem observatio non necessaria est in R littera. sunt enim verba primo loco R litteram habentia, non minus Latina quam Graeca. itaque merito auferemus aut amovebimus adspirationem à Roma, regina, rapa, Rodus. z in antiquis libris modo scripta est, modo non: sed pro illa duae ss. ponebantur, ut crotalizo crotalisso, malacizo malacisso, & his

b

simi-

similia. Sed viderint illi, qui cum verbis integris Graecorum uti non erubuerint, erubescendum crediderunt litteras Graecas intermiscere. nobis satius est alieno bene vitium quam in eleganter nostra apponere.

I I.

EX VELIO LONGO

defflorata sunt.

At, si coniunctio fuerit, per T scribi debet: ut est,

At te nocturnis iuuat impallescere chartis.

si praepositio, per D: ut est, Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. Atque item coniunctio composita, per T similiter scribenda est. Apud, praepositio per D scribi debet: sicut ad patrem. quoniam veteres saepe apud, pro ad usi sunt: & duabus ex eis medijs litteris sublatis P & V, ad remanet. Item quit, per T scriptum, verbum est tertia persona, cuius prima est, quico, secunda quis, tertia quit: ex quibus componuntur nequeo, nequis, nequit: inquit, inquis, inquit. Per D autem aduerbium: ut,

Quid faciat latus segetes: - & quae ex eo componuntur: ut, quicquid, si quid, aliquid, numquid, & huiusmodi similia. Id per D scriptum, pronomen est neutri generis, ab eo quod est, is, ea, id: per T vero signatum, indicat verbum tertiae personae, ab eo quod est, eo, is, it. Placet etiam Dalmatiam, non Dalmatiam, scribamus: quoniam à Delminio maxima eiusdem provinciae civitate tractum nomen existimatur. Ferie quoque, non ferere dicebantur. Actuarij verò, & actarij, utrumque dicitur. sed actuarij nuncupantur diversis actibus generaliter occupati: actarij verò scriptores tantum dicuntur actorum. Item aliud est esse cilonem, aliud chilonem. cilones, vocantur homines angusti capitis & longi, & adspirationem non habet: chilonem verò, cum adspiratione scripti, à brevioribus labijs homi-

nes vi.

nes vocitantur, quod est à Graeco vocabulo derivatum, περι τὰ χείλη. unde Achillem quoque ferunt esse nominatum. Coniux sine N putat * Nisus artigraphus esse scribendum, quoniam in genitivo casu facit coniugis. mihi autem videtur non excellendam exinde hanc litteram, qua sonus enuntiationis exprimitur. nam quamvis asserat non esse onerandam superuacuis litteris dictionem, ego tamen fraudandum sonum non existimo suis litteris, quibus integrè & plenus auribus intimatur.

* De hoc grammatico vide Ludouici Carnoni Antiquarum lectionum Commemoran II. Cap. XI.

I I I.

EX CVRATIO VALERIANO

ista collecta sunt.

Q littera tunc rectè ponitur, cum eam statim v littera sequitur, iuncta cum alia vocali vel vocalibus diptongis, ita ut vnam syllabam faciat: ut, Quirites, questio, quarite. cetera verò per C scribi debent: ut, cuius, Cuma, & reliqua huiusmodi. Cum quando praepositio erit, per C scribi debet: ut est illud,

Diuisum imperium cum Ioue Caesar * habes. quum enim aduerbium est, & per Q scribendum. Veteres enim quando, quum dixerent: ut est, quum navis ex Asia venerit. ceteraq. huiusmodi aduerbia similiter scribenda sunt, ut quoquoque, ubique. Huiusmodi, per C litteram scribendum est. antiqui enim pronominibus C addebant: ut, hicce, illicce, isticce: unde subtracta eadem nouissima littera, C relictum est, ut hic, illic, istic: sed hoc in solo genitivo casu articularis pronominis, qui est huiusce, adhuc eadem syllaba ce, integra manet. Cur, alij per C scribendum putauerunt, dicentes non posse Q litteram poni, vbi v est sine aliqua vocali, secundum regulam

* ita omnes libri vet.

b a

(supra-

supradictam: alij per Q. eò quòd originem trahat ab interrogatiuis aduerbijs, quæ sunt, quando, quorsum. vsus autem obrinuit, vt cur, per C scribatur. Partibus & partibus, arcubus & arcibus, artubus & artibus, veteri quidem indifferenter scripserunt: nos possumus obseruare vt ab eo quod est partus, id est foetus, partibus scribamus: ab eo autem quod sunt partes, partibus. itemq; ab eo quod sunt arcus, arcubus: ab eo autem quod sunt arces, arcibus: & rursum ab eo quod sunt artus, id est, membra, artubus: ab eo autem quod sunt artes, artibus. Tres littere sunt apud Græcos ζ ξ ψ. ex his in vsum nostrum transtulimus ζ. item pro ξ nos x vrimur. ψ nullo modo transferri potuit, sed vis ipsius translata est in ϑ s: vt qui per ψ scribuntur, per ϑ s scribamus. & ceteris casibus aut in bis exeunt, aut in pis: vt, caleps calibus, anceps ancupis, Cinyx Cinybis. Diuisionē præterea syllabarum ad B S & P S pertinentem, hanc obseruabis: quòd vbi cumq; P S erunt, diuidi non possunt, sed ad sequentem aut antecedentem syllabam applicabuntur, tamquam vnius littere potestatem habeant: apstiniui, aps & tinnui: apscessi, aps & cessi: apscendo, aps & condo. at vbi B S fuerint, diuidantur necesse est: vt, obstupui, obstupco, obsium, obstrepro. propterea B S numquam coniunctas inueniunt, non enim possunt facere syllabam, & si primam quidem vocalem habeant: fallunt quasi ipse consonent: vt, trabis, quam dicimus trahem. ceterum si ante vocalem ponantur, nullo modo enuntiationem capiunt: cum P S etiam præposita sic sonant, vt apud Græcos ψ. Eandē rationem puto obseruandam & in verbis quæ præterito tempore & futuro incertum est P AN B habere debeant, nam sicut in casibus nominū P littera in B commutatur, vt est caleps calibus, ita in temporibus quoque verborū e contrario B in

P commutatum videmus: vt, scribo, scripsi, scripturus: labor, lapsus, lapsurus: nubo, nupsi, nuptura. z. in antiquis libris Latinorum scripta non est: sed pro illa duo ss ponebantur, crotalizare, crotaliffare. Sed viderint illi, quicū verbis quibusdam integris Græcorum vti in Latina lingua non erubuerunt, an erubescendum crediderint litteras Græcas intermiscere. nam satius est alienis bene vti, quàm nostra ineleganter apponere. Præsto nos per o scribimus, antiqui per v scripserunt. Sed præsto dicendum est, vt sedulo, & optato, & sortito. inde & præstolari, non præstulari. nec mirum est veteres v littera pro o vsos, nam & o pro v vsi sunt: publicum enim, quod nos publicum, & quod nos culpam, illi colpam dixerunt. Super per P scribendum, non per B. Neglegere per G, non per C scribendum. Entalium, Eupolim, & alia huiusmodi quidam per v litteram putauerunt, eò quod Græca esse dicerent: sed apud nos Y littera nunquam vocali coniungitur.

IIII.

EX * PAPIRIANO ISTA
collecta sunt.

Æ syllaba, quam nunc in fine sermonis diphthongon scribimus, vt, cogitationes magne, apud antiquos per AI scribebatur, vt esset distantia genitiuorum à datiuis, nam genitiuo hanc diuisionem dabant, vt non esset disyllabus similis datiuo, sed trisyllabus inueniretur: vt, magnai, Asiāi, aulai, frugiferai. Reliquie, & reliqui per C scribebantur: vt reliquus & mortuus sic relicui & mortui. vt & vacuus vacui, strenuus strenui. at nunc reliquia, velut exsequia per Q scribuntur. Cotidie, per C & O dicitur, & scribitur per Q: quia non à quoto die, sed à continenti die dictum est. Hand, quando aduer-

* Hunc grammaticū præter ceteros adnotat aliquis do Priscianus.

bium est negandi, per **D** litteram scribitur, & adspiratum in capite: quando autem coniunctio disiunctiva est, per **T** litteram sine adspiratione scribitur. Malo per unum **L**, quod est, magis volo. malle per duo **LL**, quod est magis velle. Nolo per unum **L**: est enim non volo. nolle per duo **LL**, quod est, non velle. Querela apud Latinos per unum **L** scribebatur, sicut suadela, tutela, candela, corruptela: quamvis usus sibi etiam apud eos vindicaret, ut aliqua in figura deminutivorum per duo **LL** scriberentur: ut, capella, fabella, tabella. nunc autem etiam querella per duo **LL** scribitur. Narare per unum **R** scribitur, ut Varro placet. secutus est enim etymologiam nominis eius, quae gnarus dicitur, qui scit & accipit quod loqui debeat. denique compositio verbi ita scribitur, ignorare, quae non per duo **R**, sed per unam scribitur. ideo & naratio, unum **R** habere debet. Quod, quando numerus est, per **T**, quando pronomen, per **D** scribendum est. nam totidem per **T** scribitur, quia numerus est. Quaecumque verba ab **s** littera incipiunt, si composita sunt, ut ex prepositione accipiant, servata **s** littera scribuntur: ut, specto exspecto, salio exsilio. cetera verba quae **s** in principio non habent, onerari non debent: estimo existimo, acuo exacuo, agito exagito. Prendo dicimus & prebendo, sicut hercle & hercule, nil & nihil. Sed in his verbis quae adspirationem habere debent, haec observari catenus poterunt, quatenus consuetudo permiserit: sed tamen libellus nos evidenter docet, qui inferius de adspiratione scriptus est. **T** raps ab eo quod dicitur trabis, & vrps, per **V** debet scribi, licet Varro per **B** scribendum putet, quod in reliquis casibus **B** habeat. sed tamen cum **V** littera Graeca nullo modo transferri potuerit in usum nostrum, & vis eius per **V** & **s** litteras scribatur, necessarium est, ut ubi **V** Graecum sonat, apud nos, quod vitari non potest, per hanc litteram

litteras scribatur, **P**, & **s**, licet in obliquis casibus **B** habeant: ut caleps calibus, vrps urbis. item in alijs ipsam retineant: ut, auceps aucupis. unde apparet in his casibus mutare nos debere **P** & **B**, in quibus se etiam ambo consequuntur interposita vocali. Hanc etiam regulam sequimur in **q**, quae & ipsa **P** & **H** constat: ut, Cinyps Cinyphis, quae in nominativo casu **P** & **s**, in alijs casibus per **P** & **H** scribitur. Quicquam, in medio per **C**, non per **D**, scribi debet. in compositione enim plerumque **D** in **C** commutatur, ut in praepositionibus, accedo, accumulo. Formosus sine **N** secunda syllaba scribendum est: ut harenosus, frondosus, aquosus, herbosus: participia vero habent **N**, ut tonsus, rursus, mensus, pransus: quamvis antiquorum nulla observantia fuit, cum **N**, an sine **N** scriberent. illi enim tonsus, tusus, pransus plerumque scribebant. & Graecum nos in quibusdam in **V** convertimus: ut, Cymas, Cumas, cuminum, cuminum: in quibusdam non vertimus: ut, Syria, Syriacus, symbolum, sycophanta. Forfices secundum etymologiam debemus dicere, & scribere: ut si à filo dicamus, & debeamus ponere, ut forfices, quae sunt sartorum: & si à pilo, per **P**, ut forcipes, quae sunt tonforum: si à capiando, per **C**, ut forcipes, eo quod formam capiant, quae sunt fabricorum. formum enim dixerunt antiqui calidum, unde est formosus. Vulgus, vultum, parvum, toruum, sunt qui putant per duo **V** scribi non debere: quod similis vocalis vocali adiuncta, non solum non cohaereat, sed etiam syllabam augeat: ut est vacuus, ingenuus, occiduus, exiguus, per spiritum, & in verbis, metuunt, tribuunt, statuunt. Sed Velius Longus per rationem praesumptam decipi eos putat, qui primitivus, & adoptivus, & nominativus, & alia per **V** & **O** scribunt. nam aliter scribere, & aliter pronuntiare vecordis est. cum enim per **O** scribant, per **V**, pronuntiant.

Præterea qui contra sentiunt, non respexerunt unum, quotiens consonantis vim habere, quotiens pro consonante ponitur, quod apud Græcos digammon vocatur: ac significari, ut nominativus duus quidem v litteras habeat, sed priore pro consonante, posteriore pro vocali scilicet posita, sic & Donatus dicit, quotiens v & i seu sibi, seu alijs vocalibus preponuntur, loco habendus esse consonantium, Hiemps, ut * Cacilio videtur, v habere propter m litteram non debet: quod satis sine ea littera m sonet, vel quid per omnes casus ne vestigium quidem illius appareat, Sumpsi, autem quaritur an possit sine v littera, ut hiemps, sonare, sed quia & in alia declinatione v respondit, cum dicimus sumptus, sumpturus, necessario per v scribi debet. A, & ab, & abs, & au prepositiones, unius generis sunt: velut cum dicimus, a me, ab illo, abstuli, au fugi, sed observandum, ut tunc ab prepositio scribatur, quotiens parti cuilibet orationis coniungitur, qua a vocali incipiat, ne dictio multis consonantibus oneretur, si verò a consonanti pars aliqua, cui preponitur, incipiat, non est ponenda ab prepositio, sed a solam: ut, a fratre, a vicino, ab homine, ab vrbe, abs verò apud nos nominibus cum quibus in conclusione venit, respuenda est: ut est, ab vrbe venio, non abs vrbe venio, nam in compositione non est evitanda: ut, abscondo, abstineo. Au, quoque his preponenda est, qua a consonantibus incipiunt. In prepositio, si composita sit, & p, aut b, aut m sequatur, n in x conuertit: ut, improbus, imbuat, immutat, quotiens verò e illa sequitur, n amittit: ut, ignarus ignotus, nã gnarus & gnotus simplices sunt. Ad prepositio interdum retinet v litteram, ut adfert, adfuit, interdum variat, ut ammonet, ammiculum. Plerumque euenit, ut consonantibus quadam verborum aut vocabulorum coniuncta huic prepositio-

*Cacilius est is qui supra Lucius Cacilius, de quo in Cacilio dicitur.

positioni mutantur, quando autem fiat, quando non, sono interno scemus. Accedo duo cc, attuli duo tt, assiduus duo ss, appareo duo pp, alligo duo ll, annuo duo nn. est & vbi necesse est hanc litteram interire, id est, d: vt, aspiro, aspicio, nulla enim consonas pro d intercedit, sed omnino d deperit. Ex prepositio sequentibus b, d, g, l, m, n, litteris, & v & i, cum pro consonantibus sunt, x litteram amittit: vt, ebibit, edidit, egressit, elusit, emicuit, eneruauit: sequente verò f, nostra consuetudine in eandem litteram mutat: vt, effundo. Ob prepositio interdum ponitur plena: vt est, bire, oberrare: interdum in eandem litteram transit, a qua sequens sermo incipit: vt, offulsit, ommutuit, opposuit, sequente verò v, loco consonantis posita, integra custoditur: vt obuersus, obuius. Sub prepositio, vt superior, interdum b litteram seruat: vt, subire, subesse, subauscultare: interdum mutat in eandem litteram a qua sequens inchoat verbum: vt, sufficit, suffigit, summoit, sumministrat, supponit, supprimit, suggerit, sequente r littera integra manet: vt, subrado, subremigo, subrideo: nec vquam sequente r littera corrumpitur. b in s mutatur sequentibus t & c: vt, sustulit, suscepit. De prepositio, aut plena in compositionibus ponitur: vt, deducere, demonstrare, deirudere: aut correptione e littera corrumpitur: vt, deorsum, nã quando in i litteram transit, vt est, Aëra dimouit tenebrorum, & dispulit umbras, non est a prepositione de, sed dis: vt, distraho, dispereo. Dis prepositio sequentem litteram s non amittit: vt, dibucinat, diducit, digerit, dilacerat, dimouit, dinoscit, diripit. Interdum s littera, sequente r, in eandem litteram mutat: vt, dirumpo: nam sequente f, consuetudine in eandem mutat litteram: vt, diffundo. Re prepositio non tantum plena preponitur quibusdam partibus orationis;

orationis: vt, remouet, refricat, respirat: sed & D litteram assumit: vt est, redire, redolere. sed interdum D littera geminatur, quotiens ab eadem littera sequens incipit syllaba, & vna pars orationis expletur: vt, reddere dicimus geminata D: reducere autē simplici utimur. Trans prepositio interdum plena est: vt, transtulit, transactum, transco, transitus: interdum minuitur: vt traiecit, traducit. Sine prepositio interdum assumptione littere D, corrumpitur: vt, seditio, sedulo. Pro prepositio cum sit naturaliter longa, interdum in compositione corrumpitur: partim correptione, vt proanus: partim assumptione littere D, vt prodest, proditus, prodigus. interdum integra est & ipsa, & pars cui coniungitur: vt procuro, sequentibus I & V, cum pro consonantibus sunt, nonnunquam litteram perdit, aut mutat, vt, prouidens: aut adsumit, aut corripitur: vt, profertur. Circum prepositio sequentibus vocalibus, M litteram in enuntiatione amittit, in scriptura feruat: sed & cum I & V vocales loco consonantium posite sequuntur, & scribitur, & pronuntiat: vt, circumuenit, circumiacet. Ante prepositio interdum integramnet: vt, anteaetum, anteuem, antecedit: interdum mutatione in litteram corrumpitur: vt, antistat, anticipat. Inter prepositio in vna voce sequente L littera, R in eadem mutat: vt intellego, ceteris litteris sequentibus vocalibus, per voces integra manet: vt, interit. Cuius, & cui, pronomina per Q scribebantur, nos autem & ad breuitatem festinavimus scribendi, & illam pinguedinem limare maluimus. Accerso per C, & arcesso per R: sed accerso significat aduoco: arcesso, repello, prohibeo. Coqui,

* Gnatus
vetus li-
ber for-
tasse Do-
natus.

* Gratus artigraphus per C primam syllabam, secundam per Q scribendam putauit. non enim dicimus cocere, sed coquere: vt Virgilius, -apricis coquitur vindemia laxis.

v litt-

v littera in quibusdam partibus orationis vitiose inseritur, vt in eo quod est vrguere, vrgere dicimus enim non vrguere. Virgil. Vrgentur pœnis - sine v positum est & illud, Vngere tela manu, ferrumque armare veneno. nam quominus unguo debeat dici, euidenter apparet. nullum enim verbum est vō terminatum, sine iunctim, sine solute, vt non eandem v seruet in praterito: vt, Voluo volui, eruo erui, ungo vero non ungui, sed unxi facit: quomodo pingo pinxi: & tamen non vtique nomini quod hinc fingitur, sic insertam videmus v litteram, vt euelli non possit, sicut apud eundem Virgilium, - & pingues vinguine tedas. & in consuetudine vsurpatū vnguentum dicitur, quod tamē sine v debet scribi. Leprosi, a proritū nimio ipsius scabiei dicti sunt, & ideo per v scribi debent. Mille, numerus à quibusdā per vnū L scribitur: quod milia dicimus, non millia. alij melius per duo LL existimant scribendum.

V.

EX ADAMANTIO MARTYRIO

de V. & B.

Va syllaba, prefulgens in capite nominis, per v vocalem loco positam consonantis scribetur: quoniam apud Latinos hac littera plus valet quam B muta, quae & vocalis est: & dum crassiozem exprimit sonum, transit in consonantium potestate: vt, vates, vanus, vagus, validus; vacuus, exceptis basio, balineo, & baculo, a quo bacillus nascitur deminutiuus. * Illa quoq; nomina, quorū secunda syllaba in A littera desinit, per B mutā scribentur, vt bambalo, βαμβακίς, bacca, barathro βαρωτος, balatus βαλιχιδυός, barathrum, barbarus, ac talia. Ve correpta, nominis principium obsidens, v digammon similiter habebit in scriptura: vt, venenum, vena, verccundus, venerabilis, vetus, vehemens, vehiculum: ita tamen, si non

* Vide
Ludouici
Carrionis
Commē-
tarium.
II. cap. II.

si non ab adverbio, quod est bene, compositionem habuerint nomina. hæc namque per **B** mutam notabuntur, eo quod adverbium bene per **B** mutam scribi ratio regularis compellit: hac de causa constat quedam adverbia à nomine venire, & si nominis dativus casus singularis ino desinat, vltima **O** littera in **E** tam breuem, quam longam conuersa facit adverbium; vt, doctus, docti, docto, docti: malus, mali, malo malè. ergo & bonus, boni, bono, bonè debuit facere: sed ne vocatiuus casus non adverbium putetur, vt est, ò bone vir, visum est etiam penultimam **O** litteram in **E** conuètere: vt hoc adverbium, illud nomen indicet, igitur à bono factum est adverbium bene. bonum verò per hanc litteram significari monstrabunt sequentia. itaque si ab adverbio, quod est bene, composita fuerint nomina, per **B** mutam scribuntur: vt, benignus, benignolus, beneficus, dumtaxat à benefaciendo: nam à veneno per **V** scribi nullus ignorat. Meminerimus tamen beatum à superiore abhorreere regula: quia primam syllabam nulla sequitur consonans. Et quoniam huic opponitur regula, vehemens & vehiculum, ammonemus hoc facere ad spirationem, vt in multis ita hic quoque **V** prelatam videamus, quam poni pro consonante possibile est. **V** diphthongus siue sola est, vt, va misero mihi, siue cum nomine cõponit vsus: vt vasauius, per **V** digamõ scribitur. **U**e producta similiter in capite nominis constituta, si quidem masculini vel neutri generis erunt nomina, in quibus hæc preposita syllaba, per **V** vocalem, pro consonante signabitur, vt, venator, velum, veretrum ^{uaprot}, venabulum. si verò erunt feminina, tantummodo, quorum origo à masculino genere venire non cernitur, per **B** mutam scribentur: vt besica, bellua, bestia: ita tamen, si non duarum fuerint syllabarum, nam mutant scripturam

ram: vt, vena, vespa, & his similia. his quoque opponitur beia, quam Græci σεῖτρον appellant. quoniam in Græco idem genus obseruari non potuit. Præterea quærimus cur veritus, & feminini generis existens, & superans disyllaborum naturam, per **V**, non per **B**, scribatur. sed didicimus, quia non est prima nomen positionis, sed descendit à mobili genere est enim verus, vera, verum, ex quo nascitur appellatiuum, veritas: & ideo primiformis sui regulam necessario defendit. Simili modo & venatrix, masculini sui originem sequitur. **V**i longa vel breuis nomini præbens initium, si à numero bis, composita fuerit, per **B** mutam scribetur. discretionis enim gratia, bis numerus per hanc litteram scribitur, vt separetur à nomine monosyllabo, quod est vis, & necessitatem significat: veluti, biceps, bilinguis, biformis, bipatens, biennium, bimum, biga, biduum, bicolor, bipennis, biugum, ac talia. Si autem pura remaneant numero, **V** traductam in consonantium potestatem habebunt positam: vt victor, vinum, vitis, victus, vinitor, vita, vidua, vipera, viator, vitifator: præter bitumen, quod neutri generis consistens, numerum disyllabarum excessit: bile etiam discretionis causa. nam si fel significat, per **B** mutam; si abiectum aliquid, & parui pretij, per **V** scribetur. Bibula autem à verbo, quod est bibo, traducitur, cuius postea regulas dabimus. **V**o brevis vel producta, seruans principium nominis, per **V** litteram, vocalis amissa potestate, scribetur: vt, voluntas, voluptas, vorago, vocabulum, vomitus, votum: bono tantummodo regulam superante, eo quod in tria genera dispersitum sit, cum prædictorum nihil naturam mobilium recipiat. **B**u seu producta, seu correpta fuerit, præpositam **B** mutam habebit: vt buxus, bufo, bustum, bucina,

cina, bucula, & huiusmodi omnia. nullo enim modo poterat ipsa sibi v preponi, non coniuncta etiam alia consonanti in prima syllaba: cum tamen dissimilis continua littera fuerit subsecuta: vt, vultus, vulgus, Vulcanus, per v digammon scribentur. nam si prima syllaba desinat in consonantem, ex qua etiam secunda incipiat, v mutam retinet in scriptura, vt bucca, bulla, & similia. Vac syllaba quotiens praposita fuerit, v vocalem habet pro consonante: vt vacca, id est, iumentum: vaccinum, id est, flos, nam Bacchus, & Baccha, bacchari, bacchar, per v scribenda sunt. Bec, & Bic syllabas inuenio deficere. Hoc vni barbarum didici quod est Bocchus, quod v mutam habere cognouimus in scriptura. Et sciendū, quod nomina peregrina, si trahantur ad Latinum sermonem, v mutā sibi plerumque defendunt. idē autem diximus plerumque, quia sunt que Latinis regulis seruiunt, vt Massua. hoc enim nomen licet barbarū esse constet, tamen regulā Latinam in scriptura seruat, quam suus locus monstrabit. Buc syllabam in vno reperi solummodo nomine, hoc est bucca, quod per v mutam scribitur. Val prima syllaba, si quidē l littera fuerit consecuta, per v scribetur: vt, vales, & vallū. nambalena & ballistra, per v scribēda sunt. Si verō l non sequatur littera, per v mutam signabitur: vt, balteus, balbus, balua, id est, ianna: prater aduerbiū valde, eō quod per detractiōne l littera, dictū esse non dubiū est. validē enim integra dictio consistit, vt arbitror: hoc namque eucnit de nomine: facit enim validus, validi, valido: ergo valide aduerbiū facere debet. vnde si viderimus incorruptam emittere dictionem, prima syllabarum subiaceret regula. Vel syllaba, si sola permansit, erit coniunctio disiunctiua, que per v omnifariam scribitur: si verō caput fuerit nominis, v mutam habeat

sit

scriptura: vt, bellum, bellissimum & bellaria: prater vellus, discretionis gratia. nam si per v vellus scribatur genere neutro, ac declinatione tertia nuncupetur, vt lanam significet, hoc vellus enim, huius velleris facit: si autem per v mutam notetur, genere masculino ac declinatione secunda declinabitur, vt scitum denuntiet. hic enim bellus, huius belli, id est, scitus, & iocosus, per casus declinabitur. Vil syllaba, si fuerit antecedens, v vocalem habebit pro consonante: vt, villus vestimenti: villa, id est, possessio. * Nam etiam vocalibus alijs interuenientibus in prima syllaba nullius nominis enūtiari cognoui, nisi in glossematibus, Bammum ὄξυραπίον, atque bambalo ἄξισις: que per v mutam scribuntur. Van, & Ven, & Vin syllaba, v vocalem habebunt pro consonante: vt, vannus, ventus, vindicta. Vap, prae finita syllaba v vocalē habebit pro consonante: vt, vappa ὄξισ. alias vocales inter v & v collocatas inueni deficere. Bar, cum incipit syllaba, v mutam habebit positam: vt, barrus ἐλάς, bardus ἀβάδντος, bargus ἀβύς, barba. Excipitur nomen propriū Varro tantummodo. Ver, & Vir syllaba longae vel breues, v vocalē loco positam consonantis habebūt: vt, vertex, virgile πλειάδες, verbi, virus, virga, virgo, virtus, Virbius. Excipitur ab hac regula tantummodo * berna, quod nomen licet ego inuenierim per v scriptū, tamen in iustis memoriae viri Mennoniū, hominē omnis faciēdia indidē, audiui dicentē, se de hoc reprehensum à Romano quodā disertissimo, quod per hanc enuntiauerit litteram. nos quoque notauimus, ac tentauimus rationē reddere, quasi diuersitatis causa: si enim berna domi genitum significet, id est, οἰογῆσις, commune est duum generum secundum veteres, trium verō secundum meā sententiā, & per v mutā scribitur: si verō temporale quoddam denuntiet, erit mobile.

à ver -

* Vide Lu
deuici
Carrionis
Antiqua-
tum le-
ctionum
Commē-
tarium II.
cap. II.

Ita hunc
locum ex
veteribus
libris re-
stituimus
antē cor-
ruptū. Vi-
de Pithoē
Aduerfa-
torum
lib. I. cap.
VI.

à vere enim vernus, verna, vernum fit, ut si quis dicat, vernus sol, verna hirundo, vernum tempus: & v, sicut prototypon eius in scriptura tenebit. His ita se habentibus, possumus etiam intelligere bernam dictum esse eum, qui in bonis hereditariis natus est. bona vero per B litteram scribi supradicta ratio demonstrat. Vxor syllabam neque breuem neque longam in Latino sermone vlli inueni prepositam nomini, nisi vortex, pro eo quod est vertex: sicuti volnus antiquos figurasse meminimus. Bar similiter cognoui deficere, prater hoc quod in proprio dicimus nomine, id est, Burria: quod etiam per B mutam scriptum esse secundum regulam nouimus in supradictis expostam. Bes longam similiter nomen monosyllabum reperit, significat autem uncias octo, quod B mutam tenere consuetudo tradidit in scriptura, breuem inuenire non potuimus, nam vesper, vestis, ac similia, licet per V vocalem pro consonante scribantur, tamen iuxta rationem supradictam, vbi fecimus bes correptam per B mutam debere scribi, debent per V scribi: quoniam S littera sequenti syllabe sine dubio iungitur. Vos, si pronomem fuerit, in monosyllabo per V litteram scribitur: cum vero dissyllaba fuerit, id est, vobis, prima syllaba per V, secunda per B scribitur: quando autem iumenti nomen inuenitur, ut est, Procumbit humi bos, B mutam habebit in monosyllaba nominatio & vocatio casu. cum vero per alios casus coeperit geminari, in prima syllaba B continet, in secunda V, ut: bonis, boni, bonem, à bone: sicut in supradictis pronomine variatis contrario litteris constat effectum. Bat in uno tantum reperitur nomine generis neutri, pluraliter enuntiato, id est, battualia, que vulgo battalia dicuntur, que B mutam habere cognouimus. exercitaciones autem militum vel gladiatorum significant. inde

etiam

etiam battuatores rovis Caravasis dici puto. Vit per V scribitur: ut, vita. Vix, & vox monosyllaba dixi modo, quod per V litteram scribantur. Alias vocales x quidem littere antepositas, B autem littere coherentes, Latina nescit omnino facundia.

VI.

DE MEDIIS SYLLABIS EIVSDEM

Adamantij martyrij.

DE PRIMIS SYLLABIS in capitibus nominum positis, quantum potuimus, sine pretermissione tractauimus. notum enim omnibus esse credo, quod necesse est B litteram nostro labori prepositam, si consonans fuerit consecuta in quacumque dictione, eam sine dubio scribi: ut blandus, gibbus ruptus, bratterum, latebra, tenebra, atque omnia talia. Nunc rationabiliter mediae syllabe nostrum sortiantur laborem. Va syllaba in medio nominis posita, per V scribitur: ut, auarus, caluare, prater carbasum, quod nomen Grecum magis quam Latinum arbitror. ambages enim per B mutam notatur, vel quod prepositum est M littera, vel quod ex duobus corruptis nomen arbitramur compositum, quasi amboacte. unde dicitur etiam ambire. Ergo composita vel appellatiua, vel traducticia, siue facticia, id est, que ex alijs facta sunt, notare debemus, ut sequantur prototypa, id est, primas positiones: ut, nouus, noualis, riuus, riualis, & deriuatiua ab Alba Albanus, à filua Siluanus, à priuo priuatum, à libo libatum. Ve correpta, siue sola fuerit, siue adiuncta consonanti, per V vocalem loco positam consonantis notetur: ut, inuenis, aluenis, fovea, aduena, inuenicus, cauerna, nouerca, & aduersus prepositio, prater trabeam. gubernator enim licet

c

per

per *B* mutam scribatur, tamen hoc nomen arbitror à gubernativo verbo figuratum consistere: cuius regulas postea meditabimur, cum ad tractatum *B* luteræ trifariam nomine posita venerimus: ita tamen, si non æminutina nomina, vel derivativa fuerint. illa enim, sicut superioribus diximus, prototypa sua sequentur: ut, liber liberum libellus, imber hibornus, flabrum fabellum, tabula tabella, taberna tabernaculum, bellator umbellis vel imbecillis, fabula fabella. que omnia per *B* mutam seu primiformia scribentur certissime. *Be* producta, per *B* mutam omnifariam scribetur, ut *verbena, rubeta, ambesum, habena*. excipitur *avena*, que significat tibiæ, vel stipulam, discretionis gratia. nam *severus*, quia à sano venit, posteritatis causa unam syllabam consequitur regulam. *Vibronis*, per *V* vocalem habentem vim consonantis, scribetur: ut, *Fauus, Flavius, audivus, fluuius, ciuitas, familia, pronuncia, exsuvia, manuzie, oblitium, diluuium, suauium, luidus, simpuium* &c. *axedis, ispatiuo*: præter obitum nomen, & subito, atque obiter aduerbia: que ob & sub, utpote prepositiones antiquas puto in scriptura seruasse *B* litteram, non mediæ, sed primæ adiungentes syllabæ. *Virbius* est abstractus à regula, quoniam virum bis factum esse memorant: quem uenerunt per *B* mutam scribi antedicta declarant, quidam virum bonum, alij uero *Virbium* tamquam sit *ἄριστος ἀνὴρ*, alij deum esse qui uiribus prestat, interpretantur. his præterea notatur ambiguum: namque *X* semivocali præposita in una eademque dictione, numquam *V* littera pro consonante sequitur. huic opponitur quamuis: sed hæc uidetur esse compositum, cum posterior uia syllabæ subiungatur pluralis: ut *abs quouis, quorumuis, utrumuis, ac talia*. Observandum tamen, ne es pura syl-

laba

laba terminauerit nomina. si enim fuerint ita enuntiata, per *B* mutam media syllaba sine dubio scribentur: ut, *abies, scabies, rabies*. Hæc autem species bipertita quoque consistit. nam si trisyllaborum maiorem habuerit numerum, per *V* necessario notabitur: ut, *illuuius, proluuius, ingluuius, subluuius*. *Lis* syllaba terminata, per *B* mutam scribi compulit nomina: ut, *nobilis, mobilis, laudabilis, mirabilis, debilis, habilis, effabilis, exceptis seruili, ciuili, & uile*, que à seruo à ciue, atque oue, uis syllaba posteritatis deducunt originem, cuius postea regulas meditabimur. licet enim habitus, excubiæ, probitas, arbitrium, dubium, ac talia, per *B* mutam scribantur, tamen hæc de causa, quoniam à uerbis figurata consistunt. & sciendum, quod quæcumque nomina cum uerbis habent societatem, uerborum regulis quas propterea loco suo dederimus, ipsa quoque necessario subiacebunt. *Vi* longa, si penultima fuerit, per *B* mutam scribetur: ut, *libido, rubeo, tibiæ, ambitus, concubina, cubile*. sed hæc etiam manifestamus, quod horum quedam in transfiguratione corripuntur: ut, *tubiæ, tibia, cubile, cubitus, conubium*: que licet vim longarum amiserint, tamen eandem scripturam & in derivationibus desiderant custodire. Sciendum præterea, quod si in compositis nominibus, vel in uerbo penultima sede *vi* longa inciderit syllaba, per *V* vocalem pro consonante scribetur: ut, *inuitus, diuigenus, Lavinia, priuilegium, ac talia*. priuignum etiam huic regulæ inferre non dubito: quod per detractiōem *E* litteræ dici puto. Priuignum enim integram magis esse dictionem arbitramur. *Ammonemus* quoque, in derivatis hic esse sicut ubique tractauimus primiformium regulas: ut, *cernix, cernicale, puluis, puluinare*: que à

posterioritate syllaba venientes paullo post retegemus. Hanc regularum divisionem confirmat scriptura conuiniq. nam dissimili tempore vni syllabe constituta notatur similiter: quia prior, id est, antepenultima longa est, & speciem regule meruit paullo ante memorata, ubi meminimus vi longam in antepenultima sede constitutam, per v vocalem habentem vim consonantis necessario scribi: manens altera breuis supradictae seruiuit regule, ubi diximus vi breuem in medio nominis positam per v vocalem notari. regulam ergo absurde non arbitror esse diuisam. Vo syllaba longa vel breuis, in medio nominis posita, per v scribetur: vt, aduocatus, friuolus, deuotus, Fa nonius, diuortium: abortus & suboles, regulam propter prepositiones, vt putio, negantibus. Bu syllaba per v mutam notetur certissime: vt, tribunal, robustus, vocabulum, stabulum, ebulum, vestibulum, cunabulum, moribundus, furibundus, atque omnia talia, auunculo tamen minimi regule connumerato: ideoq; formam deminutiui, vel deriuatiui seruare minimè dubitatur, & quasi venire ab auo demonstratur. auum verò per v digammon scribi suus locus monstrauit. Hæc de medijs syllabis.

VII.

ITEM EIVSDEM MARTYRII

de vltimis syllabis.

RELIQVVM est vltimis nominum syllabis imponere studium. Va syllaba nominis terminata, siquidè l antelata littera, vel vocalis natura longa in penultima fuerit, per v scribetur: vt silua, malua, vlua, vulua, claua, vna, stina, salina, salina: præter balbas si tamè prior syllaba per v mutam scribetur, discretionis gratia, ne nō fores, sed ineffabile vocis denuntiet. nam si δύπας, ἢ τὸν πικῶνα ἀμψιδύπας signifi-

significabit, per v digammon vltimam scilicet syllabam, de qua & nunc loquimur, scribetur. Persius, -balua de nare locutus, si verò hæc, id est, l non præfulgeat littera, & vna vocalis natura longa non erit penultima, v mutam deceter in scriptura tenebit, ita tamen, si nō a masculino genere nomina fuerint figurata: vt, herba, tuba, turba, larba δαυόβιον, barta, obba ποτίσιον, gleba, pronuba, orba. excipiuntur caterua, Minerva, quod disyllaborum huius regule superant numerum, habent longam positione penultimam. Ve syllaba correpta, per v sine dubio scribentur, siue à se orientur nomina, seu ab alijs veniant: vt, conclaue, suauè, siue, quidue, atque his similia. Bi non inueni terminatam, nisi in pronominebus datiu casus, & in aduerbijs que per v mutam omnifariam scribuntur: vt, tibi, sibi, vbi, ibi, & in pronominebus pluralibus, nobis, vobis. Et semel sciendum, quòd quæcumque nomina, siue pronomina in datiuo casu singulari vel plurali v litteram habeant, in alio casu penitus eadem non fulgente littera, per v mutam scribentur: vt, omnibus, similibus, pluribus, ac talia. Bo syllaba definita, per v mutam scribetur: vt, turbo & orbo, bubo & tabo, licet per ablatiuum casum enuntietur, excepto pauone solummodo. Bal syllaba terminata, per v mutam scribentur, que in barbaris nominibus, aut Latinis nos nouimus inuenisse: vt, Hannibal, Hasdrubal. Alias vocales inter v & l conlocatas reperire non potui. Bam & bem syllabis, cum alijs vocalibus in nominatiuo casu à Latino sermone abhorreere cognouimus, excepto nouem. significat autem indeclinabile numerum qui per v scribitur: notatis etiam quibusdā neutralibus, que postmodum alijs subiiciemus generibus. Bar & ber syllaba terminata, per v mutam scribentur, si disyllaborum non egrediantur numerum, quorum natura-

liter longa minime carebit penultima, id est, si non fuerit trisyllaba, quae naturalem longam non habebit penultimam: ut, imbar, liber, imber, uber, faber, siber, Calaber, Mulciber. si enim trisyllaba fuerint neutri generis, quae longam penultimam naturaliter habebunt, per v vocalem loco positam consonantis notabuntur: ut, cadauer, papauer, & similia. nam puluer sit licet dissyllabum, tamen antiqui duplicem nominatum enuntiare maluerunt, non solum enim puluer, sed etiam puluis dixerunt, hac de causa per v scribitur. Vir per v vocalem vim consonantis habentem scribitur: ut, semivir, triumvir, licet composita, non simplicia sint. Tor, per v notetur: ut liuor, & Mauros, si tamen hoc nomen hac parte poni necessarium ducimus, quidam enim non solum Mars, sed etiam Mauros, unde & Maورتيا dicitur, excepto arbor quia nuncupatur & arbor, quae per b mutam scribi docuit consuetudo, nam labor, fauor, feruor, pauor, ex verbo figurata, verbi quoque non abnegant regulam. Bur syllaba terminata, b mutam in scriptura tenebunt: ut ebur, robur. Ves breui finita syllaba, per v vocalem pro consonante scribetur: ut, diues. Ves longa cum fuerint terminata, b mutam tenebunt in scriptura: ut, labes, tabes, pubes, nubes: quoniam nubes quidam nominatiuum enuntiare maluerunt. Vn per v vocalem loco positam consonantis scribitur: ut, cinis, niuis, nauis, clauis, granis, puluis, suanis, licet enim scrobis & orbis per b mutam scribantur, hoc tamen hac de causa, quoniam quidam nominatiuum singularem sine littera enuntiare voluerunt. Bos per b mutam: ut arbor, sicut superius meminisse cognoscimur. Bus, siquidem masculini generis tantum nomina fuerint, per b mutam scribentur: ut, cibus, nebus, morbus, vrbus, globus, nimbus, lembus,

lembus, lumbus, neruo notato solummodo: quia si illi e longa fuerit praeposita, faciet verbum, cernuo enim: ἐκρυπίζω, positio verbi dicitur, cuius rationem cum de verbo locuti fuerimus, maturabimus reddere. Observabimus tamen, si dissyllaborum non egressa fuerint numerum a penultima, & vna vocali naturaliter longa minus habeant: nam mutabunt scripturam: ut, riuus, cluius, accruus, nominatiuus, & ceteri, sed quia Corabus supergreditur numerum dissyllaborum, per b mutam notatur. & sciendum quod ideo hanc litteram tenuit in scriptura, vel quia peregrinum nomen, minimeque Latinum existit, vel quod penultimam longam non ex vna vocali, sed ex diphthongo meruit, si vero mobilia vel promiscua fuerint, per v vocalem loco positam consonantis scribentur: ut, nouus noua nouum, saeuus saeva saeuum, ceruus cerua, ciuuus curua curuū, toruus torna toruū, & clauus claua, licet aliam per genera significationē suscipiāt. auis auis, ceruus cerua, slauus slaua: quam similiter alter intellectus sequitur, nisi femininum discretionis gratia per b mutam voluerimus scribere. caluus calua, & coruus promiscuū, & hic & hac aluus, alterum per genus significans, orbo, gibbo, probbo, subductis à regula, & albo discretionis gratia, nam cum ventrem significat, per digammon v, cum colorem, per b mutam scribentur certissime. Sciendum similiter, quod hic quoque dissyllaborum superantia numerum eandem scripturam retineant: ut, superbus superba superbum, acerbus acerba acerbum, & palumbes promiscuè, licet Virgilius feminino genere extulerit,

Nec tamen interea rauca tua cura palumbes.
excipitur proteruus, nam lasciuus per v scribitur: quo-

nam longam naturaliter penultimam tenuit. Et sciendum, quod siue erunt disyllaba, siue hunc amplauerint numerum, siue unius, siue trium generum fuerint, si secunda ab ultima longam habeant, omnia per v vocalem pro consonante scribentur: ut, riuus, cliuus, flauus, positius, comparatiuus, & talia. Meminerimus tamen, quod mobilium nominum feminina, neutraq; genera similem masculinorum suorum scripturam suscipiunt: ut, flauus flaua flauum, albus alba album, ac talia. Sed quia non omnia in his desinentia existunt mobilia, sicut in principio huius regule genera diuidentes nos differuisse meminimus, (quedam enim masculini generis inueniuntur solummodo: ut, cibus, nimbus: quedam masculini & femini: ut, ceruus cerua: quedam neutra: ut, auum) sciendum est, quod neutra, quae a posteritate bus syllaba non veniunt, per v digammon scribuntur: ut, ouum, aruum, heruum, excepto libo, id est, ποτόν. Verbi enim vltima syllaba per b mutam scribitur hoc de caussa, quod à verberate dictum esse veteres existimauerunt, cuius rationem in aetelatis tradidisse cognoscimur. Vax, & vex, & vix, vni tantummodo nomen per vnamquamque syllabam reperi terminatum: ut, vinax, vibex, veruex, ceruix: quorum medium per b mutam: quae verò vrimque extrinsecus sunt, semper per v significari cognouimus. Reliquas ab his consonantibus insertas vocales Latinum minus accipit eloquium. Ea verò, quorum solutio superius compromissa est, in tractatu sequenti de b littera trifariam in nomine posita, congrua declaratione patefient.

VIII.

EIVSDEM ADAMANTII MARTYRII
de b littera trifariam in nomine posita.

DE b littera trifariam in nomine posita, quantum possibilitatis fuerit, sufficienter, ut opinor, tractabimus. Ab expositis enim recte iam intelligere possumus, si quid eueniet dictorum contrarium. ibi namq; considerare debemus, ne aliquod dissimile fuerit vel genere, vel numero syllabarum, vel temporum significatione, vel si ex alia parte orationis descenderint: quae obseruantes, minus, ut reor, errabimus. Restat ut nos de b littera quae similitex in verbis inuenitur, tractemus, plenam imponentes, ut puto, laboribus rationem, nam si ex nomine verborum oratio perfecta componitur, hanc quoque partem & immediatam relinquere non necessarium est, & super ea valde laborare superuacuum iudico. De hac igitur parte restat, ut, quantum possumus, breuiter meditemur, indicatiui modi primam insipientes personam, verbi scilicet actiui, vel etiam neutri, sicut enim actiuum, sic & passiuum scribitur: nam in communibus, & deponentibus, nullam inuenire potui quaestionem: ex datis enim in nomine regulis, exponendisq; quae in verbo inueniuntur, iudicabuntur facilius. Prime autem persona similem formam sequentes, retinere non dubium est: & quia omnia prima syllaba verborum in communibus aut deponentibus veniunt, media quoque per v vocalem loco positam consonantis scribitur, excepto baiulo, bullio, etiam iuxta eam quam in prima nominum syllaba dedimus rationem. Bibo quoque propter discretionem, à vita per v, à potu per b scribendum est: & abeo, id est, discedo, otheo circumeo, subeo succedo, ac similia, praepositionum gratia per b arbitror scribenda esse: etiam deponentia b mutam in scriptura tenere vsus

& consuetudo antiquitus tradidit. Reliquas, ut vires
 sufficiunt, una regula generali tractare tentabimus quo-
 que in regulis nominibus datis firmis ac manentibus, eisi
 in verba figurentur. ut enim verba in nomen ducta, ver-
 borum regulas non amittunt, ita nomina loco posita ver-
 borum origine regularū carere non possunt. ergo si tempus
 prateritū modi indicatiui, in vi terminauerit syllabam,
 media atque vltima syllaba persone prime temporis praesentis,
 per v vocalem loco positā consonantis scribetur: eo
 quòd omne prateritum perfectum vi syllaba termina-
 tū, prater bibi, per v scribitur: ut foneo foni, fauco faui,
 moneo moni, pauco paui, expauco expaui, lauo laui, iuu-
 iuui, serui seruiui, exceptis * lambio lambiui, ambio am-
 biui, ac talibus, quam litterā prapposita scriptura muta-
 uit. Ferueo, & si in praterito perfecto ferui facit per v,
 cui etiā ego magis adsentior, serui tamen per b mutam
 scribetur: ita tamen, si prima coniugationis ac prima spe-
 ciei verba non fuerint. illa enim per b mutā semper scri-
 bentur: ut, libero liberās liberāui, guberno gubernās gu-
 bernāui, exubero exuberās exuberāui, sibilo sibilās sibilā-
 ui, dubito dubitās dubitāui, hebetō hebetās hebetāui, ti-
 tubo titubās titubāui, habito habitās habitāui. excipiuntur
 innuito, & deriuo, iuxta rationem qua superius dixi-
 mus, omnē primam verborū syllabā, prater hęc que paul-
 lō antē memorauimus, per v scribi: quoniā in & de prap-
 positiones esse nemo dubitat. Nauigo enim & acerno, ἐ-
 ναυγῶ, σαρκεύω, ac talia, in nomine datis subseruiūt regulis,
 & hęc quoque species in duas partes diuiditur. nam si di-
 syllaba fuerint, scripturā mutabūt: ut, leno lenās leuāui,
 seruo seruās seruāui, curuo curuās curuāui, nouo nouās no-
 uāui, ouo ouās ouāui, excepte orbo. nam turbo à turbāno-
 mine descendens, bā syllaba posteritatis iure detinuit.

* lambio
 lambiui,
 ambio am-
 biui, vetus
 liber. for-
 tē, cambio

gulā. probo enim puto dici per detractionē R littera, cum
 contrariū eius exprobro nūcupatur: & ideo b mutā arbi-
 tror apponendā, iuxta regulā, quam in nominibus nos de-
 disse meminimus. & libo a Græco * translātū esse confidi-
 mus. Praterea quærimus, quare verbū enervo di syllaborū
 supergrediens numerū, & coniugationis primæ, ac primæ
 speciei consistens, nō per b mutā, sed per v scribitur? & di-
 cimus, quæstionem soluentes, quia est longa prappositio, &
 ideo di syllaborū arripuit regulā. sed quia inuenio quædam
 verba in vltima quidē aut antecedente syllaba primæ per-
 sone v litterā non habere, in secunda verò continere per-
 sone: ut, volo vis, malo maui: quædā in praterito tantū
 perfecto, nō tamē in positione sua: ut, gaudeo gauisus sum:
 & rursus in praterito perfecto v litteram penitus non ha-
 bente, alias personas in temporibus alijs eandē tenere lit-
 terā: ut, vno vixi. sciendū est illam v litterā, vocalē pro
 consonante haberi in scriptura. Si verò prateritū supra-
 dictū in bui, aut in si, aut in psi syllabas desinat, per b mu-
 tā sine dubio scribentur: ut, prabeo prabui, iubeo iussi. scri-
 bo scripsi, ac talia. Credo etiā de verbis hanc regu-
 lam nos dedisse plenissimā, cum temporis prateriti
 imperfecti vltimam syllabam, modi scilicet indi-
 catiui, per b mutam, ut amabam, volebam: & pra-
 teriti perfecti eandem vltimam, & plus quā perfecti
 penultimam, per v vocalem loco positam con-
 sonantis, ut amari amaueram, volui volueram.
 Futuri quoque eiusdem terminus, si prima & secun-
 da tercię, producte coniugationis verba fuerint, per b
 mutam scribetur: ut, amā amabo, vocā vocabō, doceo
 docebo, moneo monebo, nutrio nutrito, audio audibo. &
 subiunctiuo seu coniunctiuo vltimas per v vocalē pro con-
 sonante scribi debere, antiquos tradidisse cognoscimus: ut

* declina-
 tum

vole-

44 MAGNI AVRELI CASSIODORI
volebam, voluerā, voluerim, voluiffem, voluero, ac talia, eorum fcilicet verborum, quorum prima perſona aut v vocalem habuerit pro conſonante in vltima ſyllaba: vt, Leno, priuo: aut penitus eadem littera non apparente, eodem loco ſcilicet, eademq; perſona: vt, habito, hiberno, amo, doceo, ac talia. nam que habebunt B mutam in prima perſona preſentis, vt dictum eſt, temporis, quorum preteritum in bu, aut in ſi, aut in pſi ſyllabas deſinit, eadem B mutam in omnibus temporibus modorum omnium, vbi cumque incidit, ſeruare deſiderant.

VIII.

E V T V C H I S D E
 adſpiratione.

QVAM QVAM alias quoq. voces ad adſpirationē pertinentes non paucas, que non erant ab idoneis auctoribus frequentate, ſciens preteritū, ne nimia magnitudine voluminis eſſem moleſtus: tamen quoniam plerofq; legitimum plus licet ſterilis breuitas, quam vtilis cōmentariorū delectat prolixitas, eadem quaſi per epitomā mihi repetere placuit, & omnium tam veterum teſtimoniū, quam redditis vbi que rationibus prætermiſſis, ipſas tantummodo meras exponere regulas: vt antedicta ſtudioſioribus, & poſteriora ſatis facere videantur his qui longiora faſtidiunt. Omnis vox Græca vel barbara, ſum ſeruat apud Romanos, tam in vocalibus, quam in conſonantibus ſpiritus: vt, Halys, Hecuba, Hegio, Hieron, Homerus, hymen, hora diei, Thybris, Phæbus, Chorus, Rhenus, Hannibal. Omnes articuli à vocali incipientes, eū adſpiratione proferuntur: vt, hic hæc hoc, hi hæc hæc, abſq; vocatiuo O, & A. Aduerbiis tamen localibus adſpiratur: vt, hîc, hûc, hînc, hac: niſi cum pronomini-
 compo-

componuntur. illic, iſtic, iſt ac, iſtuc, iſt ac. tunc enim amittit collifione vocalium ſpiritus, quem alie compoſitiones etiam in medys ſemper vocalibus ſeruant: vt, adhuc, prohibeo, exceptis paucis corruptis, que excludunt penitus ſpiritus, ſicut ſuperius dictum eſt: vt, poſtumus, poſt humanum, id eſt, poſt ſepulchrum patrem natus. bimus, trimus, quadrimus, quaſi à bis, ter, quater ab iſta hieme dicta. manubrium, quaſi manu haberum: peteredium à petendis hereditatibus. cum hoc ipſum etiam quibuſdam ſoleat euenire ſimplicibus: vt, vecho trabo, vœxi traxi, mihi mi, nihil nil. prebendo prendo, vehemens vemens, & ſimilia, ſicut ante relatū eſt. Omnis vocalis, vocali inlata, ſeu diuiſa, ſeu in diphthongo copulata, caret adſpiratione: vt aënius, æreus, edes, adilis, æger, Alius, Emilius, equus, equor, æs, æſtimo, æſtus, æuum, auceps, audeo, audax, auſus, audio, augurium, angeo, aufero, auleum, auris, aurum, auſculto, autumo, & aut coniunctio, exceptis hædus, haurio, hio, hiſco, hau, & quicquid ab his componitur, vel deriuatur. nam hæc vt articulo adſpiratur: vt, heu & hei interiectionibus, & verbo heuſlo, quod ab hei vel heu traductum eſt, heus, & heia vt aduerbiis vel interiectionibus. Omnis vocalis, B ſequente, leniter enuntiat: vt, abies, ebur, ibi, ob, vber, notatis habeo, habes, & quicquid ab vno quoque eorum fit. Omnis vocalis, C ſequente, leniter profertur: vt, acies, ecce, oculius, ocior, abſque articulis & aduerbiis: vt, hic & hæc & hoc. Omnis vocalis, D littera ſequente, leniter enuntiat: vt, ador, audax, edax, odor, vduſ, notatur Hadria, hedera. hodie enim ex hoc die compoſitum ſeruanit articuli adſpirationem. Omnis vocalis ante f, g, l, n, p, q, t, v, caret adſpiratione: vt, Afer, æger, ala, apis, aqua, ater, auus, aſſero, ægeo, enim, epula, equus, & coniunctio, ignis, iter,

iter, opus, orium, onis, vter, vna. de agni enim apso, id est, velle, in superioribus dictum est. Omnis vocalis L sequente, absque E, leniter enuntiat: ut alea, ales, alo, id est, nutritio, albus, id est, color, algæ, almus, alius, alium, aluus, id est, venter, alex, Herda, ilico, ille, olor, id est, signus, oleum, vlcus, vlciscor, vlmus, vlna. Notantur halo verbū, hilum, hilaris, holus. Nomina E sequente, plerumque graviter effertur: ut, heluo, * heluus, helucus, helops, & quicquid ab unoquoque eorum fit. Omnis vocalis M sequente, leniter enuntiat: ut, amor, amicus, amœnus, amans, amictus, amurca, emo, emas, imus, immo, omen, omasum, omentum, vmor, vmerus, vmidus, notatis h. imus, Hamon homo, h. imus, & quicquid ab his fit. Omnis vocalis N sequente, leniter effertur: ut, anas, anulus, ensis, inanis, initium, inela, omu, onustus, vnus, vnicus, notatis honor, honoras, & Iohannes, vel peregrinis & Punicis vocibus, ut Hannibal, Hamno, Herona, & h. imulus, & quicquid ab his fit. A, vel V, vocales R sequente, leniter enuntiantur: ut, area, aris, aranea, arcus, arnis, ardeus, artus, aru, vrtica, vma, notatis hara, harena, harundo. nam harmonia, Harpyia, Harpalice, Græca sunt. & ob hoc adspirantur. E vocalis, R sequente, leniter effertur: ut, erus, error, eruum, ergo, nisi post R sequatur B, vel M, vel S, vel F longa: tunc enim graviter enuntiat: ut, herba, herbicus, herbilis, herbosus, proprium Heris: unde est, Hernica saxacolum. Herilia, heres, heredium, Hierennius proprium, & Hercules à Græco per synopen factum, inre habet adspirationem. Heri est adverbium temporis, differentia causæ, ne genitivus putetur, ab eo quod est erus eri. I vocalis ante R semper adspiratur: ut, hircus, hircuallus, Hirpinus, hirsutus, hirtus, Hirtuleius, Hirtus proprium, nisi

aut mono syllabū sit, ut ir: aut ex motu verbi, ut eo, is, ire, ives, ire, iris, id est, arcus: aut nisi A post R sequatur: tunc enim adspiratione caret: ut, ira, iratus, iracundus, irascor, & quicquid ab unoquoque eorum fit. O vocalis R sequente, leniter effertur: ut, orbus, Orcus, ordior, orsus, orior, ories, ortus, id est, natus: si vero alia R sequatur, aut T, hoc fit non ex declinatione verbi, nam tunc ei adspiratur: ut, horreo, horror, horreum, hortus olerum, Hortensius, notatur ordeum. A, vel E, vel V, vocales, S littera sequente, carent adspiratione: ut, as, assis, astutus, ascendo, adspicio, esca, est, essem, essemus, vsus, vsura. notantur hasta, hastile, hastinu, hesternus, est enim ab heri adverbio, & Hesperia Græcum. I verò vel V sequente S, post quam erit V vel T, cum adspiratione proferuntur: ut, Hispania, bispo, bispidus, historia, histrio, Hister, seu propriū fluminis sit, seu gentis vocabulum, hospes, hospita, hospitium, Hostilius, hostia. notatur pronomen iste & ab eo composita, os oris, ex quo ostendo, ostentum, leniter prolata sicut alia, quæ post S * carent O, vel T, & isdem: ut,

* R caret
P vel T,
& iūem
conscitās,
locus in
omnibus
libris pla-
nè corru-
ptus.

X.

EX ORTHOGRAPHO CÆSELLIO
ista collecta sunt.

CON prepositio, si ad verba à vocalibus incipientia accedat, N consonantem perdit: ut, æquo coæquo, eo coeo, ortus coortus: sin autem ad verba accedat à digamma incipientia, id est, que V loco consonantis positam retinent, non perdit N litteram: ut, voluo conuoluo, vinco conuincio. Contrà euenit in Re prepositione: D enim litteram extrinsecus accipit, cum ad vocalem incipientem verbi alicuius accessit: quam D litteram non acci-

accipit, si ad digamma, id est v postram loco consonantiæ, accedat: ut, ulcero redulcero, ago redigo, eo redeo, voco reuoco, vinco reuincio. Qui, si vna syllaba est, per Q litteram scribendum est: ut, qui homo: si due, per C: ut, cui homini. Aliquunde, per quum debet scribi. diuisio enim illius est aliquo, & vnde, hoc est, ex aliquo loco. sed centum, non M erit: quia vnde per N scribitur, & aliquo bi aquæ: ex aliquo enim & vbi est, hoc est, in aliquo loco. sed he syllaba, que literis Q, V, O, constant, non exaudiuntur, perscribi tamen debent. Re prepositio nonnumquam cum ad consonantes accedit, geminat illas, quod plerumque apud antiquos est: ut, duo redduco, cado reccido, tuli retuli, pello reppello, do reddo, lego relligo: vnde relliquia, & relligionem scribunt. quod apud poetas ut ita oportere scribi concesserim, tamen si apud oratores quoque antiquos est: nobis tamen decor & lenitas obtinenda est, que maximus fructus est Latini sermonis. Tamus & quamtus, in medio M habere debent: ut, quam & tam: vnde quamtitas, quamtus, tamtus. nec quos moueat si N sonat. ita enim supra docui N sonare debere, tamen si in scriptura M positum sit. Quæcumque verba primo loci ab S littera incipient, ea cum prepositione ex composita litteram eandem S habere debent: cetera minime outrari oportet: ut, salio exsilio, spectro exspecto, estimo exstimo: si non habent, sicut equo exequo, peto expeto, que non habebunt: quo discrimine facile intelligitur, aliud esse petto, aliud spectro: & ideo ab eo verbo, quod petto, id est, pettino, cum compositum fuerit, expecto, S litteram non habet: ab eo vero quod est spectro, id est, rei alicuius spectaculo vtor, cum compositum fuerit exspecto, S litteram, sicut supra diximus, necessario retinet. item exscreo, cum S à screare sit: si sine S, à creare. Exsilium

quoque

quoque cum S scribi debet: ex solo enim ire est exsulare, quasi exsolium, quod Græci ἐξοπισμόν dicunt, & antiqui exsoles dicebant, quos nos exsules dicimus. Extorrem vero sine S: ex terra enim eiectū significat. Exsui, habet S: sui enim est, & insui, quasi alicui rei inmitti: vnde exsui, quasi iam emitti, & nudari. inde exsuius: vnde exsui, id est, spoliati. Exire, sine S: ire enim simplex est, & quæcumque ex hoc formabuntur: ut, exitus, exitium, exitiale, exercere, non habent S in compositione: quia in simplici quoque S similiter non habent. etenim exercere est, ab ex & arcere, ut exercitus, qui sub disciplina certa arceatur: vnde exercitatio. Exscindo S habere debet: scindo enim est simplex. similiter exsculpo, & exsisto per S: quia ab ex & sculpere est: item ab ex & sistere. sculpere enim & sistere simpliciter dicitur. Expurgo, eodemque modo excedo, S non desiderant. Eximo similiter. nam & in alijs prepositionibus sine hac littera est: ut, redimo, interimo, dirimo: itaque exemtus ita scribitur, ut eximius, quasi extra ceteros positus. Extremus quoque sine S. ex enim est, vnde extra, & extremus: vnde extrinsecus, exter, extrarium, & si que alia hinc trahi possunt. Exsequia vero habent S. sequi enim est in simplici: at exigua, non habent S, sicut indigna, que egeant. exiguitas similiter: ut & exoletus, quod ex alterius partis prepositione manifestum fit. adoleuit enim est. Obsoleuit autem S quidem habet, sed non ipsius verbi, verum prepositionis que est obs, sicut à ab abs, quasi aboleuit, id est, inueterauit & absorduit diuturnitate. Hac & que his similia sunt, hoc modo animaduertentur. Cetera que simplicia sunt, & non componuntur, sine vlla dubitatione X tantum habebunt: ut vixi, dixi, vexari, faxi, vxor, auxilium, examen, axis, & exemplum.

d

DE

DE DIVISIONE

SYLLABARVM.

DVÆ sunt consonantes impares, quæ tamen hærere
 possunt, si hinc inde vocalem accipiant. Posteriores syl-
 labam sequuntur pares vel impares, singula scilicet & in
 priorem, & in posteriorem diuiduntur. Potestas nomi-
 ssima syllaba stas erit, noster ster, capto pro: at ubi tres
 sunt, ut plostrum strum, lustrant strant, capistrum
 strum: æquè claustrum, rastrum, campestre. Ferè autem
 tres hæ consonantes tertio loco R habent, & alie L lit-
 teram: ut, assula, & in elisione ascla, pessulum: aliter nul-
 lo modo in tribus consonantibus unitas syllabæ datur.
 Cum pares sunt, singula ad singulas syllabas ibunt. dua
 enim pares litteræ, seu vocales sint, seu consonantes, non
 coeunt: similiterq; syllabam non faciunt, si vocalem acci-
 piant, tamen si impares sunt: ut, carpo, deorsum, Porcius.
 Vna consonans inter duas vocales posita, posteriorem sequi-
 tur: ut, Paris, lapis, turris: at si inter vocales consonans
 fuerit, ut digamma, posterius vocali digamma adhaerebit,
 iã enim dixi, excepta Q littera & G, nullam aliam con-
 sonantem cum eiusmodi syllabis consistere: ut, soluo, voluo,
 larua, piluis: itaque tenuis, si trisyllabon erit, consonans
 ad v accedit, si disyllabon ad æquè, bellua, malua. Dissipio,
 verbum compositum, quaeritur utrum per duo ss, an per
 vnum scribi debeat: & utrum ita diuidi, dis & spicio. &
 diuisionis quidem eius facilis ratio est, quoniam omnes
 præpositiones integre separandæ sunt: ut est, abstulit abs
 & tulit, transtulit trans & tulit, abscondit abs & con-
 dit, & cetera huiusmodi similia. per duo autem ss scribendum
 est, non per vnum: quoniam ex præpositione & verbo con-
 stat esse compositum: quemadmodum est compositio, aspi-

sio, despicio: ac per hoc per duo ss, dissipio scribi debet,
 & ita diuidi, dis & spicio. nonnulli vero dissipio per
 vnum s scribendum putant, quod præpositio dis inter-
 dum litteram perdit: ut est, diduco, diuido, diiudico: sed
 melius est per duo s scribi dissipio. Obliniscor non sim-
 plex, sed compositum est. compositi scilicet huius sim-
 plex latet in antiquis nominibus & monumentis. linisci
 enim oblinisci est, & linitus, quod nos hodie per elisione-
 nem oblitus. quod cum manifestum fuerit, plenissime
 quibus intellet in scriptura verbi huius diuisionem, ob
 & liniscor. Pompeius, Tarpeius, eius, per duo ss scri-
 benda sunt, & propter sonum, plenius enim sonant, &
 propter metra. numquam enim longi fiet syllaba, nisi si
 per i geminum scribatur. hanc scripturam ita diuidi-
 mus, ut prædixi. Nunc illud genitui eorum, & nomina-
 tui plurales & datui, quemadmodum scribantur, vi-
 deamus. quidam huius Pompei, Tarpei, hi Pompei, Tar-
 pei, his Pompeis, his Tarpeis, per vnum i scribunt, non-
 nulli puillo diligentiores, alterum i his addunt. ego qua-
 que tertiam addendam præcipio. si enim, ut dacui, nomi-
 natiuus duo ii habet pro duabus consonantibus, hæ pe-
 rire nulla declinatione possunt, quæ tamen omnimodis
 modernus vsus excludit.

XI.

EX LVCIO CÆCILIO VINDICE

ista collecta sunt.

M litterã, ad vocales primo loco in verbis positã, si ac-
 cesserit, non enuntiamus. cum autem ad consonantes,
 aut digammon Æolicum, pro quo nos v loco consonantis
 posita utimur, tunc pro m littera n littera sonũ decentius
 efferimus. Lucij, magnij, magij, cum in genitiuis singula-

hoc pro ϕ Græco, à Latinis P & H in scribendo poni debere, in Græcis duntaxat nominibus: vt Orpheus, Phaëthon: in ceteris autem Latinis nominibus F ponendum: vt fama, filius, facies. Phœbus, quo nomine Apollo significatur, ita scribendum est, vt post P, H ponatur. Similiter & Erichtho, hiulcus, per adspirationem debent scribi. B enim consonans ante se adspirationem non recipit, nisi tantum vocalis. Calebs, ante terminalem litteram per B scribi debet, & non per V: quoniam V vocalis cum in consonantis transierit potestatem, potest aliam precedere consonantem. adspiratio ante omnes vocales poni potest: post consonantes autem quatuor tantummodo ponitur, C, T, P, R: vt habeo, Herennius, heros, hians, homo, humus, Chremes, Thraaso, Philippus, Rhodus. Ideo autem vocalibus extrinsecus adscribitur, vt minus sonet: consonantibus autem intrinsecus vt plurimum sonet. Gnatus per G & N scribendum est: sicut gnauus, quia in compositione ipsa retinent G, vt agnatus, & ignauus. Ecquid per C scribendum in prima syllaba, quoniam enquid significat, N littera consonante in C conuersa. Samguis in prima syllaba per M scribendum in nominatiuo casu: in ceteris autem casibus per N: quoniam M littera in N conuertitur. B S Latina littera pro β Græca littera non aliter poni debent in vna eademq; syllaba coniuncta, nisi in fine nominatiui, cuius genitiuus in his desinit: vt vrbs vrbis, calebs calibus, Arabs Arabis. Sciendum autem surripio per R geminam, non per B & R scribendum: similiter & corripio, arripio, quoniam B in R quoque commutatur. Suspicio & suspicio, verba composita ab aduerbijs sursum vel susum, in prima syllaba per vnū S, non per duo, scribenda sunt: quoniam duplicari consonans subsequente alia consonante non potest, sicut nec au

32 MAGNI AVRELI CASSIODORI

ribus dicimus, interest quos nominatiuos habeant. proinde enim intererit, vtrum per duo I, an per vnum debeant scribi. Si Lucius, magnus, magus sunt nominatiui eorum, vnum I in genitiuo habebunt, plurali quoque nominatiuo & vocatiuo, sed & datiuo & ablatiuo similiter scribentur. si autem Lucius, magnus, magus, proferantur, duo II in genitiuo habebunt: vt, Lucij, magnij, magij, quod ipsum * Lucilius annotauit, cum a numero Numerius discerneret. Cum prepositio per C scribenda est. Cum aduerbium temporis, quod significat quando, per Q scribendum est, distinctionis causa: vt apud Ennium, Cum legionibus quum proficiscitur induperator. Cuiusque per Q non per C scribitur: sed per C sensum alium habet. nam huiusce hominis, huius hominis est: at cuiusque hominis, quousque ordinis, vniuscuiusque hominis & vniuscuiusque ordinis, significat. Accedo per duo CC, attuli per duo TT, assiduus per duo SS, appereo per duo PP, annuo per duo NN, alligo per duo LL. in his non solum propter soni lenitatem consonantes mutantur; sed etiam quod nullo modo in eis sonare D littera potest. sonat autem D littera & adscribitur, cum F consonanti adiuncta est: vt, adfluo, adfari, adfuturum, adfatus, adfero. contra B non sonat: vt, offui, offero, offendo.

XII.

IX PRISCIANO GRAMMATICO, QUI nostro tempore Constantinopoli Romæ doctus fuit, de libro ipsius ista collecta sunt.

NOTANDVM igitur quod hamus, qui à Græcis ἀμυσση appellatur, cum adspiratione debet scribi. Sciendum & hoc pro

recedente, nisi fuerit muta ante liquidam: vt supplex, suffragor, sufflo, effluo, effringo. Quicquam in prima syllaba per c scribendum, quod d littera in c litteram commutatur. Aggero per g scribendum, & aggregatus, non per d. Harpyie, quod Grecum nomen est, per y Grecum, sequente i Latino scribendum est: quoniam apud eos xi diphthongus est. Ara cum altare significat, sine adspiratione; cum vero cubile porcorum, cum adspiratione scribendum.

CONCLUSIO.

CONGREGATIS igitur, quae apud supradictos orthographos necessario comperi fuisse conscripta, nunc sine libro, Domino iuvante, faciamus. datur enim intelligivim nimis utilem fuisse, quae tot ac tantis auctoribus cognoscitur esse tractata: quoniam si quid à prioribus praetermissum est, à sequentibus constat impletum. Meminisse autem debemus frequenter artigraphos de Orthographia tractasse, & iterum orthographos de partium declinatione differuisse, cum tamen res sibi repugnare videantur. ars enim tractat de nominum declinatione: Orthographia vero, quemadmodum scribi debeat, designat, quae in partium declinatione decora reperit. Hos si in auctoribus semper intenderis, vt pro locis suis posita diligenter accipias, nullo errore fatigaberis. Nunc animos legentes erigite, & gaudete tantos ad vos priscos pervenisse auctores, vt eis credere indubitata mente debeatis. Possem equidem Aquilam & Quintilianum, sed & Avitum, quos non nulli in Orthographia peritia laudandos esse putaverunt, quos tamen venturos in Christi nomine celerissime sustinemus, superioribus auctoribus addere: Sed necessaria.

necessarium non est multiplici numero dare licentiam, cum non sint omnimodis definiti, quot de eadem re scribere maluerunt. nam si duodecim horarum spatia diem protinus complere noscuntur, si duodecim quoque menses annum volubili varietate conficiunt, si duodecim signa caelestia totius nobis circuli campos solida rotunditate concludunt: debet nobis omnino sufficere, quod duodecim orthographorum libris rectitudinem scriptura docentium defloratas regulas posteris legendas exhibui.

Valete fratres, atque in orationibus vestris mei memores esse dignemini, quos inter cetera & de Orthographia virtute, & de distinctione ponenda, quae nimis pretiosa cognoscitur, sub breuitate commonui, & quemadmodum scriptura diuina intelligi debeant, copiosissime legenda preparavi: quatinus sicut ego vos ab imperitorum numero sequestratos esse volui, ita nos virtus diuina non patiatur cum nequissimis pœnali societate coniungi.

Explicit Cassiodori Senatoris de Orthographia
liber, ex duodecim auctorum
opusculis defloratus.

